

observ. Andr. Rauchb. par. 2. q. 30. num. 54. 55. Helfr. Vlr. Hunn. Colleg. crim. disp. 12. th. 99. Ludov. Gilb. in arbor. judic. crim. tit. 2. 4. cum seqq. Georg. de Cape d. part. 2. decis. 50. Flagitium incestus adeò frequens in Monasteriis fuit; ut Hombertus Episcopus scripserit, incestus crimen pro nihilo duci, & sub prætextu, atq; velamine consanguinitatis quasi sub specie pietatis celari sordes impietatis. Sed ô tempora, ô mores. Videatur Christ. Matth. Dithmars. lib. 1. Syst. polit. p. (mibi) 91.

ARTICULUS CXVIII.

Pæna raptus virginum, aut nuptarum.

Apud veteres Germanos non fuit hoc crimen capitale, quemadmodum ex eorum legibus videre est, sed pecuniariâ pœnâ mulctandum, ut eleganter deducit Goble. *hic in auctario*, sed nunc gladii pœnâ raptor afficitur, etiam si virgo ipsa in raptum consentiat, Zieritz & Steph. *hic, per Luls. C. de rapt. virg.* Latius de hac materiâ agunt Anton. Tessa. *decis. 217. num. 7. 8. Farin. de delict. carn. q. 145. tit. 16. Dan. Moll. 3. sem. 7. Decis. Saxon. matrim. 15. p. 17. Rittersh. in Meib. Novell. part. 12. c. 11. Eberh. Speckh. cent. 3. class. 1. q. 7. num. 1. notab. 3. & seqq. Iohan. Zanger. ad §. præterea, c. 5. 13. 14. de appell. recus. rel. nu. 2. 3. Thom. Trivisian. lib. 2. decis. crimin. decis. 17. decis. 33. per tot.*

ARTICULUS CXIX.

Pæna stupri violenti.

Stuprum violentum capitaliter, sive ultimo supplicio, & morte naturali gladio punitur. Planè si conatus fuerit sine effectu, quia fortè id commodè facere non potuerit, cessat pœna ultimi supplicii, & arbitrio Judicis punitur. Eleganter Steph. *hic*, vide quoque Goble. *rum*. Mulier per vim stuprata nullam infamie maculam incurrit, sed immaculatæ existimationis permanet, Matth. Berlich. *part. 5. con. l. pract. 41. num. 66. 67. Steph. hic, in fin. Franc. Wfeil cons. 147. per tot. cent. 2.* Caro enim corrumpi nequit, nisi mens ante fuerit corrupta, & Helena apud Ovidium:

Crimen erat nostrum, si delinita fuissim:

Cùm sim rapta, meum, quid nisi nolle fuit?

Unde nec virginitas perit coactâ fornicatione, si voluntas in actum non condescendit, Henn. Arnis. *de jure connubiorum, c. 3. num. 1. 2. 3.* An assertio stupratæ mulieris sit indicium efficax ad torturam contra stuprantem? Vide Heig. *p. 1. q. 39. num. 34. Bernh. Zieritz & hic, verb. legitimeq; probata.* Confer de hac materiâ Herm. Vult. *vol. 1. cons. 15. num. 22. & num. 134.* Evenit in Galliis, ut quidam genere nobilis è familia Comitis Alenconii per vim stupraret alterius cujusdam nobilis viri, peregrè profecti, uxorem, quæ, simulatq; maritus revertisset, lacrymis oppleta, commemorare vim sibi factam, ille crimen deferre ad Alenconium: alter negare factum pertinaciter. In quem cùm aliquanto esset propensior etiam is, apud quem fuit instituta accusatio: qui injuriam passus erat, ad Senatum Parisiensem appellabat. Per annum & eò plus agitata causa, cùm & uxor intentare crimen, & ille constanter negare, statutum est, ut monomachiâ litem